



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 102. Scriptum Rhedonensi Episcopo apud Cæsarem Legato
transmissum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

„pter vehementer desidero, uti jamjam
 „Mannensi Abbati præceperam, qua-
 „tenus etiam tu operam tuam hac in
 „re navare velis, omnique studio sum-
 „mum Pontificem eo inclines, ut libe-
 „rum, ac Oecumenicum Concilium con-
 „vocet: Insuper Papam certiozem red-
 „das, quanto studio, & affectu com-
 „modum, ac Reipublicæ Christianæ
 „tranquillitatem procurare desiderem,
 „adeo, ut, si vicissim summus Pontifex,
 „prout spero, ad hoc quoque suam ope-
 „ram jungere, ac Christianorum Prin-
 „cipum vota piis suis consiliis juvare
 „velit, nullatenus dubitem, quin non
 „exinde uberrimus colligi possit fru-
 „ctus. „ Data est hæc epistola Fontis-
 „Bellaquei die vigesima sexta Julii.

Sæc. XVI.
 A.C. 1560.

§. CII.

*Scriptum Rhedonensi Episcopo apud
 Cæsarem Legato transmissum.*

Insuper dissoluto Fontis-Bellaqueo con-
 ventu Rex ex oppido S. Germani in
 Laja ad Episcopos, Prælatos, aliosque
 Ecclesiæ Ministros in sua ditione con-
 stitutos literas dedit, præcipiens, qua-
 tenus Lutetiam Parisiorum accederent,
 ac generalibus comitiis ibidem cele-
 brandis interessent, ut circa ea, quæ u-
 niversali concilio proponenda videbun-
 tur, deliberare, ac definire valerent, &

*Mem. pour
 le Concil. de
 Trente p. 49.*

Sæc. XVI.
A.C. 1560.

proin die vigesima proximi Mensis Januarii in hac urbe congregati adessent: Ut vero summus Pontifex, Regem a Nationalis conventus proposito penitus discessisse, claro convinceretur testimonio: hinc scriptum in Senatu conceptum adjiciebatur, quod Regis nomine ad Rhedonensem Episcopum, qui apud Cæsarem Legatus erat, transmittetur. In eo Rex hunc in modum effatus est.

„Significatum mihi erat, quod summus
 „Pontifex perpensis difficultatibus, quæ
 „Tridentini Concilii suspensionem tol-
 „lere præpediebant, rursus idem Conci-
 „lium vel Vercellis in Pedemontio, vel
 „Casali in Montferratensi ditione indi-
 „cere velit, hinc omni, qua potui, ce-
 „leritate ad Engolismensem Episcopum
 „Romam Nuntium ablegavi, dato ne-
 „gotio, ut hic Episcopus nulla mora Pa-
 „pam accederet, eique indicaret, quod
 „pium ejus desiderium ratum habeam,
 „illumque rogem, ut idem suum con-
 „siliam Cæsari, Regique Hispaniæ no-
 „tum faceret, quatenus sic utroque
 „hoc Principe in hanc rem consen-
 „tiente idem Pontifex eo promptius ad
 „Synodi promulgationem procedere va-
 „leat: præcipue vero curam in eo in-
 „tendat, ut Legatos meritorum emi-
 „nentia commendandos ableget, nec-
 „non universalis Concilii libertati, &
 „securi-

Sæcul. XVI.
A.C 1560.

„securitati adeo manifeste provideat, ut
„de suæ voluntatis sinceritate univer-
„sus orbis sit convictus, ac Protestantes
„æque, ac Catholici ad ejusmodi Con-
„cilium tuto advocari valeant. „

His insuper Rex addebat. „ Equi-
„dem Præsulum meorum conventum
„proximo Mense Januario celebrandum
„indixi, nunc vero hac in re nil am-
„plius movendum præcipio; ejusmodi
„enim conventum duntaxat celebrari
„desiderabam, si Generalis Synodus
„non indiceretur: tu vero jam, ut illa
„convocetur, ac inchoetur, omnem na-
„ves operam, ut comperto præfati Con-
„cilii initio, dum Generales Regni Ordi-
„nes ad diem decimam proximi Mensis
„Decembris congregabuntur, illis, qui
„in componendis Religionis diffidiis o-
„mne studium impendi postulant, satis-
„feri valeat, & meis subditis omnis
„susplicandi ansa præcidatur, perinde
„acsi in tanti momenti negotio toties
„jamjam concluso populum nonnisi ver-
„bis, vanaque spe pascere intenderem,
„nunquam vero emendationem a quo-
„vis tantopere desideratam ad exitum
„deducere vellem. Verum prosequen-
„tibus Rex, si Imperator neutram ex
„propositis urbibus acceptare vellet, &
„solam civitatem Tridentinam deside-
„raret; nec ego eidem adversor, nul-

Sæcul. XVI.
A. C. 1560.

„Iumque locum a Papa nominandum
„respuo, si pariter a Cæsare, Regeque
„Hispaniæ acceptetur: summopere e-
„nim hoc negotium tandem perfici cu-
„pio. „ Rex insuper Rhedonensi Epif-
copo in mandatis dedit, ut totam rei
huius seriem Nuntio Apostolico apud
Ferdinandum agenti referret, eundem-
que rogaret, quatenus & ipse omnes,
quorum interest, ad Synodi locum una-
nimi suffragio acceptandum, cunctaque
prompte decidenda inclinare, totis vi-
ribus niteretur (*).

§. CIII.

(*) Hanc in rem Continuator allegat pri-
vati cujusdam Galli relationem, neminem ve-
ro latet, ejusmodi relationes, quæ Gallice *Me-
moires* appellantur, plerumque suspectæ fidel
esse, ac re ipsa ambæ hæ epistolæ pluribus in-
fulsis ostentationibus scatent, eo fine adinven-
tis, ut restaurati Concilii honor Gallis deberi
crederetur: quid vero Pontifex ad hæc litem-
ras respondere potuisset, refert Pallavicinus
his verbis: *Huic scripto, quod Pontifici Ma-
nensis Abbas detulerat, per alterum responso
reddita est, quo prudenti tolerantia se continuit
Pius, ne exprobraret, ad superiores, qui accu-
sabantur, Pontifices defendendos, id quod in a-
lios Principes culpam regeret, hoc est, pri-
mam convocationem habitam a Paulo fuisse per
laborem*